



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 13. Frustranea Archiepiscopi Prgensis petitio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. „cina Nobis Suecia persuadet. Pulch-  
 A. C. 1723. „rius vero longe erit, si per subiecte-  
 „rum Imperio S. R. M. T. Provincie  
 „rum singulas in unum eundemque  
 „diem Festum Paschatos proximo  
 „dicatur anno, id quod fieri neutiquam  
 „poterit, si a die 16. ad diem 9. Aprilis  
 „trans eandem, Calendaria quippe  
 „iam tum prælo exierunt, transmissa  
 „ad illam Orientalis Indiæ particulam  
 „quæ Majestatis tuæ Dominio subel-

„Navigia præsto sunt, quibus in  
 „landam transportanda, quo antequam  
 „Mercatores obsecundantibus ventis  
 „abeant, posse ea iterum recudi  
 „sperandum est. Ego vero ut uno  
 „demque anni die festum Paschatos  
 „celebrent singuli M. T. subditi, inter  
 „esse omnino arbitror, ne scilicet  
 „fendantur, si evenerit aliter, simpliciter  
 „res. Nec obstabit quod optaverint  
 „liud, qui vel in Germania vel alibi  
 „gunt Evangelici; cum Apostolus ge-  
 „tium Paulus, damnandum esse ne-  
 „nem ob festorum discrimen aut No-  
 „lunia aut Sabbatha doceat.

§. XIII.

*Erustranea Archiepiscopi Pragæ  
 petitio.*

Cum Carolus VI. Imperator unacum Sæc. XVIII.  
 Augustissima Coniuge Pragæ mo- A. C. 1723.  
 raretur, Franciscus Ferdinandus Co-  
 mes de Khyburg Archiepiscopus Pra- Hansiz.  
 gensis novum suæ Ecclesiæ splendorem Germ. Sacra  
 ex horum præsentia affundi ratus, ab tom. 2.  
 Innocentio XIII. Papa enixius quam  
 unquam petiit singulare privilegium,  
 vi cuius tam ipsi quam ejus Successo-  
 ribus purpureum vestimentum ad mo-  
 dum ornatus Cardinalitii deferre lice-  
 ret: Verum re comperta Franciscus  
 Antonius Comes de Harrach Salisbur-  
 gensis Archiepiscopus vehementer se  
 opposuit, quocirca Innocentius, qui  
 omni, qua poterat circumspeditione, in  
 dispensandis privilegiis ne jura aliarum  
 Ecclesiarum violaret, utebatur, repul-  
 sam Archiepiscopo Pragensi dedit, quo-  
 circa hic nullo pacto obtinere potuit,  
 quod tamen tantopere quæsierat.

§. XIV.

*Hispani Cleri reformatio a Belluga  
 Cardinale incapta.*

Postquam Ludovicus Philippi V. Hi- Hist. Uni-  
 spaniæ Regis Filius Asturiæ Prin- vers. t. 8.  
 cept Ludovicam Elisabetham Mont- Period. II.  
 penseriam Ducissam Menle Augusto c. 3. p. 687.  
 connubio sibi junxerat, rumor Madriti  
 & alibi incubuit, quod Rex, utpote  
 L15 tenea-